



Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Qvæstio XVI. An verisimilitudo denunciationis ab vno tantum factæ, sit
sufficiens adminiculum, vt procedi poßit ad torturam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

multi vnquam poterunt, ad iurandum, aut denunciandum: hoc receptius est. ita post Fran. Marcum Baiardus supra nu. 109. qui ad idem allegat Bolognini. & Foller. & Brunum, ad q. 64. nu. 67. cum sequi ratio, quia necdum satis intelligunt quid deponant, ideo iurijurando, torturæ, & nominationi defectus naturalis resistit.

f
Conc. 6.

Quando minorennis admittitur ad deponendum in ordine torturam, non sufficit vnus testimoniam, sed requiritur saltem duorum. De hac re sententias refert, nec tamen decedit vtra verior, Baiardus ad d. q. 24. à num. 107. & citat Marsil. in pract. §. diligenter. num. 8. loquentem in num. singulari: quod si bene citat, censeo, impuberi, positum indefinite. Aperte duos requirunt communiter. Alberi. in d. l. testimonium Grammat. conf. 45. num. 21. Moncada supra num. 70. ipse Marsil. in l. infans col. pen. vers. etiam illud dictum. D. ad leg. Corn. de sicar. & Boer. decis. 261. qui duo vltimi scribunt se sic practicasse, & intelligendi ambo de infantibus saltem doli capacibus. probatur, primo concl. quia minoris testimonium in nostro proposito aliquid valet & probat: ergo plurius plus valet & probat, vt minimum ad semiplenam probationem: quæ ad torquendum sufficit. Deinde vnus testimonium si accedat, aliud indicium valet ad torturam: sed accedens secundi minorennis testimonium, nouum indicium est. Dicitur in quæst. ad torturam: quia non sufficere duorum testimonia ad condemnationem, licet indicium faciant, putandum. Sic precise gloss. Bald. & alij in d. l. multi specul. & Ioannes And. supra Bart. in d. l. de minore. & in d. l. ex lib. §. 1. & in l. 2. §. quo obseruari nu. 11. C. de iur. cal. Gloss. Barth. Ba. d. Salicet. Angel. Alex. & Ias. in l. fin. G. de indign. quod verum, quo ad pœnam ordinariã

g

A nam quo ad extraordinariam possent sufficere, & sic admitto contrariam sententiam affirmatiuam, qua fuit Alberi. in testimonio. Marsil. in d. l. de minore 28. & in l. infans n. 46. D. de sicar. & in §. diligenter sub num. 81. Grammat. conf. 45. num. 21. Farinac. supra num. 33.

QVÆSTIO XVI.

An verisimilitudo denunciationis ab vno tantum facta, sit sufficiens ad miniculum, vt procedi possit ad torturam.

B



Non puto quæstionem proponi de nominante, cui duntaxat obstat singularitas, quod sit vnus: nam talis & si sit vnus, est vnus omni maior exceptione, & proinde facit semiplenam probationem: ideo de hoc verisimiliter denunciante, non est dubitandum, esse sufficiens ad miniculum. Sed quæstio procedit de singulari cui alij adsunt defectus, vt pote quia est minorennis, infamis, &c.

C

Porro sicut in verisimilitudo testimonij plurimum detrahit fidei ad vim eius infringendam. Nam vti testantur in verisimilia, numerus non supplet fidem, Farinac. q. 62. nu. 320. Mascard. de probat. concl. 1358. nu. 13. nec iudex debet credere non verisimilia deponentibus, Innoc. in c. quia verisimile est de praesump. Marsil. in l. 1. §. in criminibus. numer. 35. D. de quæst. & in Rep. rub. de probat. numer. 108. quia quod non est verisimile speciem habet falsitatis: adeo vt confessio non verisimilis non noceat confitenti. arg. tex. in l. §. Diuus Seuerus & in §. si quis vltro D. de quæst. Bald. in l. si quis in hoc genus C. de Episc. & cleri. num. 3. Petrus Ancharan. conf. 24. col. 1. Sic è contra magnã vim habet verisimilitudo, adeo vt potius credatur paucio-

D

E

ribus

ribus verifimilia alferentibus, l. ob carmen §. si testes: D. de test. c. in nostra est. de test. Curtius Jun. cons. 17. numer. 6. Socin. Jun. cons. 183. num. 10. lib. 2. multum prodest vt testium defectus suppleatur. Carolus Rum. cons. 149. numer. 6. li. 3. Deci. cons. 18. num. 204. lib. 1. Marcard. concl. 944. num. 14. Farinac. q. 47. num. 158. & magnum præstat ad torturam fundamentum. l. 3. & l. milites C. de quæst. non secus ac ea quæ à communiter accidentibus vera sunt. Marfil. in §. diligenter nu. 33. & in sing. l. ad fin.

Sed ista verifimilitudo, quia consideratur potissimum ad hoc vt faciat fidem iudici: minorē vim obtinet, vbi cumque magis restricta & coarctata legibus est iudicis potestas. Inde fit, vt in hac quæstione primo distinguendum, inter crimina non excepta & excepta.


In non exceptis, in quibus criminofide socijs non interrogantur, DD. ad l. fin. C. de accus. & interrogati fidem nõ faciunt, verifimilitudo denũciationis factæ ab vno, non erit sufficiens ad miniculum ad torturam, sicut de infamibus testibus colligitur ex doctrina Baldi in l. 1. nu. 5. C. de sum. Trm. & Castren. bid. ante fin.

In exceptis vero & priuilegiatis criminibus in quibus de socijs interrogatio fit, & infames non arcentur, poterit tam verifimilis esse nominatio & tam bene circumstantijs vestita, vt iudicem quali certum reddat à denunciato crimine commissum: & huiusmodi certitudinem communiter DD. dicunt ad torturam iudici sufficere. leg. Clarum d. q. 64. num. 13. & in terminis de vno teste nõ omni exceptione maiore Menoc. de arb. iud. qu. 84. num. 4. & huc faciunt tradita ab Ozasio Præfide decis. 79. & Bursatio cons. 201. vbi fuse scribit de hoc arbitrio iudici concessi propter ord. iuris, circa torturam: & hoc vt probabile tenet DD. Patavi.

A Quoniam vero talis ac tanta verifimilitudo non solet inueniri in indicijs remotis, sed in propinquis, idcirco facilius hoc iudici faciendum in hisquã illis: propinqua seu proxima est, quæ oritur ex indicio propinquo, quod est immediarum delicto, v. g. si testis de ipso delicto commissio deponeret dicens se Meuiam in cella clausa: in conuentu maleficarum vidisse. Remota vero quæ oritur ex indicio, coniectura, signo & præsumptione. non necessario ipsi delicto maleficij cohærente, v. g. res verba, opera, quæ sapiunt incantationem, vt quod voluit artem magicam aliquem docere, quod damna minatus, quod cum maleficijs conuersatus, &c. In propinquis ergo indicijs hæc facilius vsu venit: simpliciter si iudex sufficientem verifimilitudinem habere se putet: quia plurimum in hieius arbitrium pollet, non auderem condemnare hoc facientem: nec tamen ad id lubenter illum hortarer. Non pugnant ista cum traditis à me lib. 5. Disquis. Sect. 3. §. ad torturam, illic enim locutus sum generaliter, præscindendo à casu tantæ verifimilitudinis, quanta supponitur in erotemate.

D QVÆSTIO XVII.

An malefici denunciantes, impliciti etiam alijs criminibus, faciant indicium ad torturam maxime quando sunt plures?

E  Na hæc quæstionum, in qua duæ sunt opiniones contrariæ valde probabiles. Vna potius autoritate nixa tenentium, altera vero melioribus rationibus confirmata. Plurimi tenebre quod etiam in criminibus exceptis (vt sunt maleficij, hæresis, sodomia &c.)